



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Agit de Collegio Monachij instituendo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

nomine Domini Iesu, qui nos seruet in gloria  
suam.

*Agit de Colle-  
gio Monachij  
instituendo.*

In Bauariam ingressus reperit Ducem Albe-  
tum puerilis institutionis, quæ coepta in Colle-  
gio Ingolstadiano erat, ita commotum, erectum  
que successu, ut eiusdem formæ scholas, & Colle-  
gia in principes ditionis suæ Ciuitates alias, quæ  
que celerrimè Monachium Ducatus sedem in-  
ducere decreuisset. Eam ob rē accitus Monachi-  
cumq; Consiliariis collato sermone, qua solebat  
cautione, omnia reseruauit integra Societati  
Præposito. In ea sententia erat Canisius, ut in di-  
miciliis potius institutis ad firmitatem perduci-  
dis, quam exordiendis nouis elaborandum cen-  
feret, eo præsertim, quod in summa operarum in-  
opia verebatur, ne ultra vires suscepta munera  
nusquam rectè, cumq; fructu alieno, & absq; do-  
mestico detrimento, sustineri possent. Quæ cum  
secum in præsentia agitaret, atq; ex altera parte vi-  
deret Monachiensium rerum statum præsentissi-  
mæ opis indigum, incertus hærebat animo. Itaq;  
conuersus ad preces est. Dumq; lucem exposcit  
Deo, remq; clementiæ illius impense commen-  
dat, Deus ei (quod ipsemet senior professus est)  
ingen-

*Præsentis di-  
ninitus eius  
bonum suc-  
cessum.*